Vers. 6.) Absorpti sunt juncti petræ Judices eorum.

Audient verba mea, quoniam potuerunt,

Sensus loci.

VAticinatur contra illos, à quorum se beneplacitis, & electis, sive à voluptatibus, aut etiam ab adulationibus abhorrere tantopere dixit, futurum nempe, ut pereant sicut Judices eorum, hoc est, Principes, ac Duces ad malum, alii ad petras perierunt; aut ad eum modum, quo hi perceunt ocyus, qui abloi bentur à fluctibus marinis, & undis agitari alliduntur ad scopulos; aut ex loco superiore illuc dejiciuntur. Tunc vero ait etiam futurum, quum præcipitati fuerint, ut audiant & intelligant, sive illi ipsi nondum mortui, sive alii, post eorum interitum, verba precum suarum quantam vim habuerint apud Deum, quam illi fuerint grata & accepta, quum exaudiverit ipsum, liberando eum, & ulciscendo alios, vel quantum poterint verba sua, quamquam injusta & honesta, non ad adulandum non ad nocendum relata, sed potius ad adjuvandum, & veritatem syncerè pronuntiandum; futurum quoque, ut dicti fidem illi conversi audiant, & excipiant libenter, quæ B ipse dicat, aut certè alii sapientes viri: quia quæ loquitur vera sunt, jucunda, utilia, honesta. Campensis adhuc explanat, dicere Prophetam, quod adeo afficiebatur erga illos, qui corripiebant ipsum, pro quorum quoque malis orabat, ut, quum offenderent ad petram, Judices eorum libenter auscultarent verbis suis, quoniam læta erant eis: vel fore, ut quando jupplicium sumetur, velutique præcipitabuntur Judices, & præcipui ex adulatoribus fraudulentis, sentiant quanto fuisset satius auscultare sermonibus ejus gratia conditis, & alienis à maledicentia. De interitu Saulis, Principum ejus qui dam interpretantur. Cajetanus qui dem, ac lector ejus Placidus, refert ad illud tempus, quo Saul erat in spelunca, & derelictus censebatur in manibus ejus dem spelunca, i. est, omni alio præsidio destitutus, potèratque occidi à David: quum autem hic illum dimisisset, verbis dulcissimis sic dimissum allocutus est, ostensa chlamydis ora, quam præciderat *a*. Notant autem poni numerum pluralem pro singulari. Alii, teste Lyrano, explicant de Aaron, & Moyse; qui dicantur absorpti, i. est, per peccatum lapsi, juncti petræ, hoc est, juxta petram; de qua debebant aquam ejicere. Ut argumentetur David multo sibi magis timendum, & orandum, ne propter verba malorum trahatur ad peccandum, proindeque ad pœnam sustinendam. Hieronymus *b* alibi plane sic intellexit hunc locum, legens, *audient verba mea, quoniam placuerunt*. Judices populi Judæorum, inquit Moyses & Aaron, devorati sunt à peccato populi juxta petram, de qua aquarum fluenta manarunt; & certè isti justi fuerunt, & obedierunt sermonibus Dei, qui per se suavissimi sunt. Probat inde contra Pelagianos, posse etiã eum, qui sit justus, peccare. Attingit rursus eamdem expositionem dum explanat Esaiam *c*, *Pater tuus primus peccavit, & interpretes tui prævaricati sunt in me*. Augustinus allegoricè nimirum de futura conversione infidelium tuperborum declarat, quibus placitura sit aliquando, & ab iis frequentanda oratio illa, *dimitte d nobis debita nostra*, ut etiam prius notavimus; quia *Judices eorum*, i. est philosophi, qui de virtutibus, vitiisque judicabant, juncti petræ, hoc est, comparati cum Christo, qui est petra *e*: *absorpti sunt*: i. est, evanuerunt, ac nihil sciviste ostensi tunt, & quidvis dicant, verba Christi possunt, prævalentque, ita ut merito audiantur à fidelibus fortiter pro ipso morientibus, quoniam justis *non timeri eos, qui occidant corpus f*. Idem dicit putatus Hieronymus. Cassiodorus eumdem sensum applicat ad hæreticos, qui audiant verba, quibus possent coargui, & convinci. Placet id etiam Arnobio, qui juxta petram illos esse considerat, non super petram, ubi si essent, absotberi non possent, dicique quod potuerunt, qui habent sensum, ingenium, intelligentiam, ita ut excusare se non valeant. Hilarius vult sensum esse pendentem ex superioribus: ut quia orationem suam David dixit adhuc esse in beneplacitis improborum, ad hoc ut à peccatis desistant: nec tamen id faciunt, absorbebantur; continuati, seu juncti petræ; hi præsertim, qui habentur inter eos judices, ac præcipui, & cum ipsis alii, maximè cum Antichristo, i. est, in judicium vocati à Christo, qui petra est, damnentur ipsius verbis atque sententia, tuncque *absorbeatur mors in victoria g*. Bernardus *h* in meliorem partem accipit le illis, qui cum Christo judicabunt, & absorbuntur in affectum justitiæ, petræ solliditatem, quam ut solam se

a 1. Reg. 24. 12

b 1. cont. Pe-lag.

c in cap. 43

d Matt. 6. 12

e 1. Cor. 10. 4 pſ. 140. 6

f Matt. 10. 8

g 1. Cor. 15. 54

h ſer. 8. in pſ. Qui hab. tat

A querentur eique jungerentur, omnia reliquerunt *i*, imitantes. Nihil flexibile invenietur in judicibus junctis petræ; quoniam *qui adhæret Deo, unus spiritus est* k, & qui petræ jungitur, lapis unus. Tandem exclamat; ò familiaritati gratiam! ò honoris culmen! ò fiduciæ privilegium! ò prærogativam securitatis æternæ!

i Matt. 19. 27. Ki. Cor. 6. 17

Absorpti sunt juncti petræ judices eorum.) Hieronymus, *sublati sunt juxta petram judices eorum*. Trevetus refert juxta textum Hebræum reddi posse *præcipitati sunt*, i. est, inquit, tamquam petra ab alto in imum dejecti sunt. Qui sensus ipse traditur à Chrysostomo, Euthymio, Nicephoro, Basilio, qui absorberi ἐχόμενα πέτρας, explicant juxta similitudinem petræ, quæ demergitur, ita nullum ejus vestigium extet: nec amplius *inveniatur locus ejus*. Theodoretus intelligit scopulos in mari delitescentes, aquisque obrutos: & denotari oblivione tradendos eos, qui summo imperio inhærent. Vertunt alii ex Hebræo, præteriti significationem transferentes in futurum, quod observant etiam Euthymius, atque Nicephorus more ac lege prophetiæ fieri, aut in optativum, *dejiciantur*, vel *dejiciantur in locis petrosis, judices eorum*, vel *præcipitentur in locis petrosis, dejiciantur in loca petræ*, vel *demittantur in manibus petræ*, sive saxi, vel *derelicti sunt*, seu *derelinquentur in manibus petræ*, i. est, ut placet Cajetano, qui explicat de Saule in spelunca, quema modum dixi, ut nullum aliud habeant præsidium, aut admiculum: vel *distracti sunt*; seu *distrahantur super cacumina lapidum, per manus*: aut *in manibus rupis*: sic fe habent Hebræa נִשְׁמְטוּ בְיַד סֶלַע *nismetu beiad selahh*. Verbum שמט *nismetu* potest esse futurum Kal, & præteritum *niphal*: significat autem שִׁמְטָה *schamat, dimittere*, atque *remittere, liberè*, ac sine impedimento; præterea *dividere, discerpere, membratim dearticulare, præcipitare*, quo ultimo modo transtulit Interpres noster in historia Regum *m*, ubi scribitur de Jezabelis præcipitatione ex fenestra *n*, & Græcum verbum est κατασπάσαι. Huic simile est hoc loco cujusdam alterius Interpretis ἐκρημνίσθησαν *sublati sunt*, ut reddit Hieronymus: sed vim quamdam importat. Versio LXX. in emendatis Bibliis hæc est, κατασπασθησαν ἐχόμεναι πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν. In Complutensibus, Regius, & alii οἱ κριταὶ. Sed *judices*, quos κριτὰς & שֹׁפְטִים *sciopherim* significant, quovis potentia excellentes denotant, qui dicuntur κρατοῦντες. Apollinarius δυναστεύειν utiurpat, quod *Judices* valet, Græci reliqui videntur κριτὰς legisse, quum explicent δυναστὰς, imperioque potientes: & fieri potest, ut per κριτὰς, voluerit quis intelligi in genere quosvis κρατοῦντας, hocque in locum alterius nominis irrepserit. Ante Regis præsent Hebræus judices, & interdum *judices*, ac reges, idem valent; ut psalmo 2. n. *Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram*. Symmachus vertit λάβοσαν τὸν χεῖρα πέτρας οἱκρατοῦντες αὐτῶν, *evellentur in manu petræ judices eorum*. Quod recitans Chrysostomus perpendit juxta nostram translationem, quam sit peccatum expugnatu facilè, & quam præceps vitium: item è contrario, prout ex Symmacho recitatum est, quam potens, robustum, validum, ita ut in manu petræ avellendum sit. Ceterum ἐχόμενα πέτρας, quod reddit editio nostra, *junctipetræ*; Romanum Psalterium, & Ambrosianum, atque Hilarius *continuati petræ*; vetus autem Psalterium, & Augustinus, Arnobius, Cassiodorus; atque alibi Hieronymus, *juxta petram* licet ultimus aliquando *p* legat etiam, *junctipetræ*, hæc inquam vocabula Græca, Enarratores Græci videntur interpretari per adverbium, *instan*, & similia, quæ similitudinem importent: ut per ἐγγιστα, παρ πλησίον &c. exponuntque, ut dixi, de quadam submersione impiorum ad similitudinem lapidis in profundum maris projecti, sicut cecinit Moyses *q* de submersis Ægyptiis, *descenderunt in profundum quasi lapis*, nunc ἐξόμενα sumendum erit adverbialiter, ut synonymum adverbio ἐσχατως, quod significat tum proximè, tum contiguè, & in epistola ad Hebræos *r* viciniora saluti dicuntur ἐχόμενα τῆς σωτηρίας, exponique poterat, *conjuncta cum salute*. Apollinarius hoc loco utiurpat ἐγγυσὶ, *prope*. Sed & Latini utuntur, hoc, & aliis hujusmodi adverbiis innuentibus propinquitatem vel contiguitatem loci, ad significandam qualitates, & rei similitudinem, de præcipitio ex rupe, laxove, aut in saxum, sive rupem plures interpretantur hunc locum, quotquot nimirum fere ex Hebræo textu vertunt aut ad eum respiciunt. Exemplum antea protuli Jezabelis dejectæ ac præcipitatæ de fenestra domus propriæ, jubente Jehu *s*, cui Apronia similis, quam Plautius Sylvanus Prætor sub Tiberio per fenestras quoque præ-

i Matt. 13. 25.

k 1. Cor. 6. 17

l Pſ. 36. 10. 36

m 4. Reg. 9. 33

n 2. cont. Pelagian.

o Matt. 7. 29 p Eſa. 48. 17 qa. Cor 10. 4

q Exod. 15. 5

r Heb. 6. 9

s 4. Reg. 9. 34

præcipitavit *t*. Decem millia ex filiis Seir ex præruptо, *A* & summo cujusdam petræ præcipitata sunt à filiis Juda in præceps, *& universi ereperunt* b. Mendacium sua malitiosè obtinuit modico tempore Pontificatum, Jerosolymus de altaturni præcipitatus est in cumulum cineris: quo suffocatus perit, quemadmodum, Ctesia teste, Artypius, & Artistes à Dario Nothо, ab Ocho Secundianus Rex in cinerem conjecti sunt. Unde Ovid.

t Tar. l. 4 b 2. Par. 25. 22 ca. Macb. 13. 5. 7. 8

d in Ibin.

Utque necatorum Darii fraude secundi
Sic tua successus deceret ossa cinis.

Suasit diabolus Christo præcipitem se dare ex pinnaculo templi *c*: cives eum (si præcipitare voluerunt ex supercilio montis *d*. Jacobus minor ex pinnaculo ipio detur batus est. Hoc genere mortis præcipitium damnatos olim referebat hoc loco Isochius, sed post Tiraquellum *e*, in Alexandri Alex. falsos testes *b*, hostes patriæ *i*, transfugas *k*, pervolat quam tamen jussionem Imperator *m* terram vocat, posteaque sublata est *n*, ut & ipsum pœnæ genus in universum *o*. Adde incestuosos apud Senecam *p*; adde apud Eleos fœminas, quæ ad Olympicos ludos penetrassent aut Alphæum diebus, quibus eis erat interdictum; animisi sent *q*, adde sacrilegos *r*; adde prævaricantes in sacris Olympiæ certaminibus *s*. Periit eodem supplicio Manaes *t*: Ælopus *u*; vigil à Manlio dejectus, quod Gallos in Capitolium ascendentes non detexisset: quipsemet postea Manlius ob affectatum regnum è saxo Tarpejo præcipitatus est *w*; inde etiam præcipitati Tarentini obsides ex fuga retracti *x*: Tarpeja virga ex eodem saxo dejecta nomen illi dedisse videtur, ex quo etiam supplicii causa dedicens præcipitabantur, quod vulgare supplicium apud Romanos vocat Halicarnassæus *a*, pluribusque aliis exemplis ostendi posset, facit denique mentionem de hoc supplicio Horatius *b*.

e Matt 4. 5 f Luc. 4. 9

g lib. 5. c. 17. rab. Gilli. 20. cap. 1 h Plutar. in Camill. Sen. 4. de ira, et K Livius dec. 3. l. 6 Ignatius C. emendat. ſervii. in ibid. n l. fi divor. D. de penit. plu. dotl. 3 q Pomp. in Feſtum

r Euſeb. 8. de præpar.

ſ Lucius 2 nat. hiſt. 15 t Athen. l. 13. cap 23 u Plutarc o puſc. d. ſera num. vind. Plaud. in vita.

x Livius l. 5 y Svet. de viris illuſt. 3 aut Plin ſec. Lyd. 3. defcr Epodis a lib. 8 b lib. Sat. 16 c lib. 3 d Ariſtoid e 31 ſyn. 6. 9 Ein l. 8 de vort. D. de penit.

Tunc Syri, Dama, aut Dionysius filius audes
Dejicere è saxo tuos ——

Irem Lucretius *c*.

—— Scelerisque Lucla
Carcer & horribilis de saxo jacta deorsum,

Innuit etiam eumdem supplicii horrorem Virgilius *d*.

Jam tum sylvam, saxumque tremebant.

Item Petrus Gregorius *e*, & Dionysius Gothofredus *f*. Sed negare non possum hoc loco per verbū καταποντισθῆναι, & *absorpti sunt*, innui submersionem. Quid autem sibi velit סלע בד *bejad selahh*, ἐσχατια πετρας *juncti petræ*, posita submersione, non satis intelligo. Juxta Græcos explicantes in similitudinem petræ, in aquarum profundum dejectæ nulla difficultas est. Sulpicot סלע בד *bejad selahh*. supplendo ante סלע *selahh* particulam ב *che*, significare *ſtatim ſicut petra*: nam בד *bejad* potest valere, *ſtatim repente subito*. Unde quod in Proverbiis *g* legimus, *manus in manu non erit innocens malus*; idest, impunitus explicant aliqui *h*, *mox mox, repente, ſtatim*, quod Itali dicunt *à mano à mano*. & Latine dicitur ad manum esse quod adest, ac præsto est. Quo dicimus hic *junctipetræ* exponentur de conjunctione similitudinis. Si cui placet dicat etiam *junctos petræ* designare eos, quibus ad celebriorem submersionem, quam omnino indicet κατακυκλοῦσθαι, quo soleant LXX. interdum uiurpare κατακυκλοῦσθαι, bilque hic Chrysostomus) & בד *bejad, per*, causam venturumen talem, alligabatur petra, quam & *molam asinariam* vocat Christus *i*. Testatur martyrologia, historiæque Ecclesiasticæ, hanc martyres pœnam non raro luisse, ut de rupe, aliove loco alto præcipitarentur, alligato illis saxo, aut ad pedes, aut ad brachia, aut ad collum: vel in mare, flumen, puteum sic onusti petra, plumbo, ferro, sicut Clemens Papa anchora, dejicerentur. Consule Antonii Gallon i tractatum de vario genere instrumentorum, quæ ad martyrum ad hibebantur supplicia: Erat & ante æ vum Christianum in usu eadem pœna apud Romanos, ut culei intra quem patricidia insutus cum gallo, serpente, cane, simia in mare submergebatur *k*, & submersione Octavius Cæsar Caii filii prædagogum, ac ministros gravi pondere cervicibus impositо interemit *l* & omnes delatores Tesjanus navibus five velis, & remis impositos fluctuum mitericordiæ exponi jussit *m*. Quod genus mortis, aut mortis apertum discrimen Magdalena, cum sorore, fratre, Maximino, pedisequa, experiri coacta est, nec non Africani aliquot Episcopi. Possent præterea *junctipetræ judi-*

g Prov. 11. 21 h Pagn. & Jans.

i Matt. 18. 6

K Iſidor. 6 Etym. ult. Segon. 2. de Judic. l Suetan. in Oct. cap. 67 m Plin. in Paneg. Tra.

Verſ. 7.) Sicut eraſſitudo terræ erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum.

Sensus loci.

HÆc videri possunt verba, quæ quia potuerint, idest, vera futura fuerint, audituros esse alios antea prædixit, postquam eventus vaticinio respondisset de interitu Saulis, Principumque illius, quos *judicum* vocabulo designat. Ilti Judices, inquit, seu Principes interitu, ac ruina sua florentis populi vires (quod eus rem jam præteritam ob certitudinem pronuntio) debilitaverunt, & accidderunt, perinde ac si ossa nostra confracta, dissipataque essent atque dejecta secus infernum, & foveas, ad eum modum, quo terræ profunditas aratro scissa dispergitur, vel in glebas tertæ solidior vomere versa, fractaque dissolvitur. Tunc etiam David lugubre cecinit carmen in Saulis. Jonathæque mortem omnibus audientibus *r*: quibus non poterant ea verba non dulcia esse, & grata: nec poterant non valde perfundere innocentiam illius; & syncerum amorem, atque feriam observantiam erga Regem vita

r Gen. 1. 19

functum: sed & simul docebant priora alia verba, hæcque, quæ hic per modum lugubris carminis super eadem dicta re accipi possunt, ut exemplo alieni mali sapiant alii, monitiq; pareant, quæ insœlices cum tanto damno suo respuerunt. Quemadmodum duritiei terræ vomere, ligone, aratro proscinditur: ita cor humanum divini verbi vi, potentia, efficacitate. Favet in una expositionum, quas tradit Rickelius, nempe de verbi divini fœcunditate. Cajetanus, legens *sicut dividens, & dispergens in terra, dispersa sunt ossa nostra ad os foveæ*: Davidem de seipso loqui vult, quando in spelunca, in qua erat Saul, confregit sermonibus servos, & similes suos, qui ossibus comparantur, vetantsne Sauli nocerent *a*. Consentit Cajetanus & Placidus Parmensis, ut solet. Chrysostomus & Basilius explanant, Davidem, postquam proximè dixit verba sua habere plurimum voluptatis, & efficaciæ) redire ad veteres calamitates, ac dicere: quamvis extrema sit passus, & tamquam proscinta, arata, fossaque terra, dispersus fuerit cum suis, & ad ipsas mortis portas devenerit, nihilominus maluisse, quamvis esset affectus, reprehensionem, & correctionem justorum, quam misericordiam peccatorum: quoniam quidquid accideret à Dei spe pendebat, nec quicquã evenire poterat, quod posset efficere, quo minus id ipsum respiceret, prout statim hic subditur. Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, legentes in tertia persona, *ossa eorum*, ajunt agi de improbis persecutoribus Davidis, quorum ossa dispergenda sint, quæ in sepultura fuerint, quemadmodũ terræ crassitudo aratro discussa rumpitur, & in proximam terram spargitur: accipi enim pro sepultura infernum. Addit Nicephorus hæc verba habere vim ἐυχῆς, καὶ προφητικῆς, orationis, vel voti, seu desiderii & præterea prophetiæ, sive prædictionis. Eadem viderur mens Apollinarii, qui etiam legit in tertia persona. Hieron. *b* declarat de cadaveribus Hebræorum in sollicitudine mortuorum, qui obedire noluerunt sermonibus Dei suavissimis. Mysticè Augustinus & alii referunt ista ad tormenta & mortes Martyrum, dissipationemque ossium ipsorum, quum mortalia eorum posita sunt escæ volatilibus cœli; carnes bestiis terræ, nec *esset, qui sepeliret* *c*. Sed verba prædicationis potentia, & prævalentia confirmantur per illa omnia, & proventus inde major accedit, fertiliorq; fidelium redditur ager hac veluti crassitudine, & quasi lætamine, seu stercore impinguatus, sed fedes Ecclesiæ feracius pullulat. Sic verè *elegit Deus contemtibilia mundi & orexit*, seu *suscepavit de terra inopem, & de stercore exaltavit inopem* *d*: quemadmodum jacuit ille Lazarus ulcerosus, sed tamen ab Angelis sublatus est in sinum Abrahæ *f*: *pretiosa in conspectu Domini fuit mors sanctorum ejus* *g*. Adjicit Augustinus de Petro, & Paulo exemplum. De stercore erectus Petrus, & Paulus: & quum occidebantur, contemnebantur, modo jam tagitata tande terra exsurgente segete Ecclesiæ, ecce quod est nobile, & præcipuum in mundo, Imperator, venit Roma. Quo festinantur, ad templum Imperatoris, an ad memoriam Piscatoris *i*? Hilarius crassitudinem impietatis vitiorum aut comitem vocat, aut causam, juxta Prophetarum aliorum verba, qui *incrassatum cor* nominant *h*, & *recalcitravisse* dicunt *eum, qui incrassatus est, impinguatus, dilatatus* *i*. Adde *prodeuntẽ ex adipe iniquitatem* *k*. Omnis terræ nostræ, idest, corporis, crassitudo, inquit ille, ex naturæ suæ lege vitiis effota erumpit, & capax sui non est, in perniciem suam, ne in se reformari possit, exæstuans. Tandem ait mœrore affici Prophetam pro ossibus, idest, membris mystici corporis, quæ dissipantur, disperguntur, secus infernum abiguntur in peccatorum calamitate. Quid vulgo putatur Hieronymus, de peccatorum exponit crassitudine, omne crassum terræ vicinum esse. Dominum cuncta initio tenuia fecisse; vulnus in corpore tumens plenum esse & crassum; secari à Medico, & sanari, & tenue fieri, & tunc redigi in suam naturam: *ossa dissipata secus terram*; sicut & in psalmo 21. *l*, non esse hæc materialia, quia Christus, de quo ibi, crucifixus tantum est; sed eos qui videbantur in Ecclesia majores, & egressi ex ea per multiloquium, Philosophiam, contentionem, alios inducunt in hæresin. Arnobius interpretatur exhortationem Prophetæ, ut audiantur verba ipsius, & excipiantur ad eum modum, quo pingue, solum, nec arenosum & fabulosum, ore quasi aperto imbres expetit, & excipit, sicque eructat in fruge. Deinde *ossa dissipata secus infernum* ait esse illos, qui sunt juxta eos qui fomitem delinquendi tribuunt; vel qui non resistant cogitationibus; quæ se turpiter ingerunt menti, vel quorum societatem diversitas sexus inquietat; vel qui talibus

a 21. Reg. 24 8

b Hieron. Reg. Heb.

Sensus mysticus.

c Ps. 78. 3

d 1 Cor. 1. 28
e Ps. 112. 7

f Luc. 16. 20. 22
g Ps. 115. 15 secund. Hebr.

h Esa. 6. 10. Matt. 13. 15
i Deut. 32. 15
k Ps. 72. 7

l Ps. 21. 15

junguntur: quibus Christianæ regulæ non placet cursus: vel qui junguntur hæreticis, & quasi sub specie amicitiæ cum his videntur inire conflictum, & non aperta fronte, ut Romani contra Barbaros repugnant. Tandem ait dissipari ossa juxta posita, & secus ipsum infernum collocata. Si qui vero uni horum per ipsam vicinitatem fuerint adjuncti, non solum ossa, sed & ipsam animam dissipandam. Lyranus & Rickelius explicant de ossibus virtutum, quæ debilitentur, dispergantur, corrumpantur, *secus infernum*, idest, juxta peccata, quæ sunt portæ inferni: quemadmodum crassitudo, sive pinguedo terræ erumpit super terram aratam, ac vomere scissam, & fit quædam profunditas, ac dissipatio terræ.

Sicut crassitudo terræ eruptа est super terram.) Hieron., *sicut agricola, quum scindit terram*. Quod Tre vetus dictum vult in persona populi Israelitici, qui sub Saule adeo oppressus est à Philisthæis, ut nec faber ferrarius esset in Israel *mitta* ut quemadmodum lassantur & solvuntur agricolæ vires propter labores, & fic ipfa populi offa, roburque confringerentur, & armis carentes deiecendere quoque cogerentur ad Philisthim, ut exacuerent vomeres, lignores, secures, farculos, tridentes, stimulos. Durior profecto expositio, ut & illa, quam prius retulimus ex Cajetano. Imitatus est Hieronymus Symmachum, ὡσπερ γεωργὸς, ὅταν βουκολῇ γῆν, *sicut agricola quum rumpit terram*. Similis præterea est translatio Aquilæ, ὁμοίως ἀπορηγνῦται, καὶ διασχίζονται ἐπὶ γῆς *similiter frangenti, & dissindenti in terra*. Vel, ut refert Chrysostomus, σκάπτοντος, *terram*: Nec differt V. editio ὡς τεμνόμενον, καὶ σκαπτόμενον ἐν γῇ, *ut qui bene colit, & fodit in terra*. Satis communis est interpretatio de terræ fossione, quando crassa terræ moles aratro rumpitur, & glebæ per scissionem huc illuc exsiliunt super terram. Nazianzeno *n* quoque placuit hoc, differenti de Ecclesiæ pacificatione. Nam diffidium membrorum, divisionem, disruptionem mystici corporis, atque veluti dissipationem ossium secus infernum alludens ad præsentem locum, ut etiam notavit Billius, comparat cum terræ profunditate, quæ aratro scindatur, ac per terram dispergatur, ubi πάχος γῆς explicat per τὸ βάθος γῆς, idest; per terræ partes, quæ scissione extrahuntur, ex profundo, & glebas efficiunt. Quam alibi *o* noster Interpres appellat argillosam terram, Græcè dicitur πάχος γῆς, in qua æneа vasa fundebantur. Alii *p* malunt interpretari de fissoribus lignorum, seu de excindentibus arbores, quarum dissiliunt partes huc illuc: aut de lapicidis *q*, qui huc etiam illuc lapidum frusta dissecant. Singularis Apollinarii sententia de colle radicitus avulso vi, nempe terræmotus: ita ut πάχος & crassitudo extantem denotet, ac veluti tumidiorem terræ partem, cujusmodi est collis.

m 1. Reg. 13. 19. 20. 21

n orat. 2. de pace, 301 ed.

o 3. Reg. 7. 46

p Vatablus, Cruciger, Calvinus, Pagninus, Arias Montanus, Buchanus, Marot.

q Beza hæret.

Radicitus velut collis aliquis avulsus discussis.

In Psalterio Romano, & Ambrosiano, apudque Arnobium *sicut crassitudo terra eruditat*, vel *eruditas super terram*. In Psalterio Ambrosiano, *eruditat*. In Psalterio vetere, & apud Augustinum, *diruptа est*. Non videtur ad rem verbum *eructandis* & qui sic transtulerunt, & pro ἐρράγη, videntur legisse ἐρεύγη ab ἐρεύγομαι. Crassitudo pro pinguedine sumitur aliquando, maximè in Scriptura, & ab aliis quoque Auctoribus: & hoc loco sic accepet ũt Augustinus, & Arnobius. Sed placet magis ea, quæ plurium est notio, pro glèbis ex fossione resultantibus, qui dicuntur etiam tumuli, ac terga, ob speciem dorsi, quum excitentur à vomere inter sulcos. Hieronymus alibi legit, *quasi crassitudo terra diruпti sunt super terram*. Chaldaicè hoc loco, *sicut vir, qui findit & scindit in fortitudine sua terram*: vel ex translatione Nebiensis, *sicut ab homine fodiente, & ligone scindente terram*, &c. Hebr. duo participia פלוח ובקע *poleach ubocheebh* fere synonyma sunt, significantque *dividentem, findentem, in frusta discindentem*, ac *dissecantem*, & proinde *fossa, divisaque dispergentem*. Quod variis modis exponi vidimus de agricola fodiente, aut de ligna findente, aut de lapides cædente. Juxta primum communionem sensum eleganter Poeta *s* Gallius cecinit,

r 2. Reg. 7. 10 leg.

s Philip. des Portes.

En tant d'endroits n'est la terre entamée
Par l'effort du soc laboureur:
Comme nos os, dans la tombe est semée,
Sont de rompus par leur fureur.

Scri-

Scriptores de re agraria, sive de agricultura atque etiam Physiologi, præcipiunt de terræ prima aratione, seu prosciſſione, quando durus est ager, ut loquitur Isidorus *a*, & de occasione: quumque iteratur aratio, dicitur terra obfringi, quum tertiatur, lætari, ut animadvertit Servius enarians Virgilium *b*.

a 17. etym. cap. 2.

b 1. Georg.

Multum adeo rastris glebas qui frangit inertes,
Vimineaque trahit crates, juvat arva.

Item,

Et qui prosciſſo quæ ſuscitat æquore terga,
Rursus in obliquum verso perrumpit aratro.

Usurpat idem Virgilius initio Georgicon, *vertere terram*, ut ante illum Lucretiuse, post utrumque Valerius Flaccus *c*, & alii. Sequebatur occatio post arationem per transversum iteratam, idest, fractio comminutioque glebarum: quod Græci dicunt βωλοκοπεῖν, sicut glebas invertere, βωλοστροφεῖν. Legendus Petrus Victorius *e*, Plinius *f*, Columella *g*, & in locum Virgilii citatum scholiastæ nostri Pontanus, & Cerda.

c lib. 1.

d 7. Argo. 1 naut.

e xxvii. lect. c. 24 & ult. f lib. 18 c. 19 & 20

g lib. 2. cap. 4.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum.) Hieronymus, *in ore inferni*. Chaldaicè, *sic dispersa sunt membra nostra in ore sepulchri*, vel *foveæ*, קבורתא *Kevurtha*, & de sepulchro intelligunt ex Græcis Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, qui legunt in tertia persona, sicut etiam legitur in Bibliis Complutensibus, Regiis, aliis, & in Psalterio Arabico, & Æthiopico, atque in metaphrasi Apollinarii. Hieronymus *h* id corrigit; & correcta Biblia Græca restituunt ἡμῶν pro αὐτῶν: & Hebraicè est pronomen affixum primæ personæ עצמינו *bhatsamenu*; & αὐτῶν potest referri ad primam personam, subaudiendo ἡμεῖς. & in eadem persona exponunt Chrysostomus, & is, quis dicitur Basilius, idque de discrimine vitæ, & quadam appropinquatione usque ad portas mortis: quod alii de ipsa morte per modum disceptionis, aut de cadaveris occisorum sive sepultis, sive insepultis, quæ illic sita sparsaque per orbem tamquam ante infernisubterranei vestibulum jacent. Alias docui, & acriter defendit Delrius *i* noster: Gigcum nomen ὅσιος, quod hic extat, numquam accipi pro sepulchro, seu temper pro subterraneo animarum receptaculo. Negari tamen non potest, Theodoretum, Euthymium, Nicephorum pro sepulchro hic interpretari, & quamvis nec ego Græcè primos duos legerim, sicut de se testatur Delrius circa vigesimum primum locum, ex iis, quos pro axiomate tuo primo examinat, parvamque fidem habuit verſionibus Latinis, in quibus multa reprehensibilia repererit, nihilominus Nicephorus Blemmida qui compendiosum Euthymium, & collectorem aliorum commentatorum Græcorum, in majus redegit compendium, differte fic suo Græco ferme scribit: πολὺ γὰρ πλῆθος τῆς ἀρρητου διατεινόμενον ῥήγνυται, καὶ σκορπίζεται (ἴσως σκορπίζεται) ἐπὶ πολὺ τῆς γῆς· ὥστε τὰ ὀστᾶ ἡμῶν διασκορπισθῆναι πως ἐν τῷ τάφῳ. τῶν γὰρ ἀνθρωπων ἄδην, *sicut crassitudo terra aratro discissa frangitur, rumpiturve, & dissipatur: sic ossa eorum dissipabuntur in sepulchro: hunc enim nominavit ὅσιον.* Expeditior via alia ejusdem Delrii, præferre alios Patres Latinos [quibus addi potest Basilius id innuens K alibi] negligere etiam Chaldæum Paraphrastem, cujus in psalm. exigua auctoritas: tum præterea quod nihil sit quod aliter cogat, quam pro proprie sumto inferno interpretari. Quia ipsa in re merito Damianum Hortolanum *l* refellit autum asserere nullo modo posse præsentem locum intelligi de ullo inferorum receptaculo; quoniam illuc ossa mortuorum non delabuntur, quum tamen exponat Davidem de suismet loquentem periculis cum adhuc superstes foret: ac proinde non nisi metaphorice sumto sepulcho, loqui posſit: in quod nullus ossium delapsus. Quod vero attinet ad allegoriam Augustini de ossibus, corporibusque Martyrum, ea constat aliquando à persecutoribus data opera dissipata, vel feris objiciendo, vel in profluentem jactando, vel cremando, vel profanorum ac noxiorum etiam ossibus permiscendo. Secus infernum sive juxta contingunt hæc, quia licet mori communi sorte non videatur, inquit Cassiodorus, immo etiam infra sortem aliorum, ac vilius, vita illis æterna conceditur. Gravitatem quoque doloris, ex tormento, vel morbo significari phrasi vidimus in aliis psalmis *m*, nec non per dispersionem *n*, contur bationem *o*, contritionem *p*, privationem pacis in ipsis *r*, & fractionem *s*. Si referamus hunc locum ad alios, ut faciunt qui legunt, *eorum*, poterit pertinere ad adulatores, quoniam *Dominus dissipat ossa eorum, qui hominibus placent* *t*, seu placere studenti. Quamvis autem iidem viderentur his cohæsse quibus adulabantur, nullus erat vetus inter illos nexus, aut vera solidaque concordia, quum non eorum quereret salutem, sed suo ventri iervirent, non veritatem seclarentur, sed ventum, ut ait Hieronymus *u*. Idcirco apte talium ossa dissipari dicuntur, quoniam, ut alibi exponit Basilius *x*, ossibus inter se per nervos, ac ligamenta connexis defignatur claritatis pacisque colligatio; adulatores autem nimirum licet cohærere quum his videãtur quos dilaudant, animis dissociantur, & disjunguntur. At si aliquando turbatio hæc ossium contigerit, orandus, inquit, Deus *y sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea*, ut postquam conservaverint harmoniam propriam, & à Domino sic fuerint custodita *z*, *nullum ex iis conteratur* *a*, sed digna sint referre gloriam Deo, & clamare *b*, *omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi*. Rursum Hieronymus juxta veram translationem, quæ habet, *ossa nostra*, sententia ista docet eum, qui peccator est, & animæ robur perdidit, atque virtutem, plangere, neque enim, ait postumus credere, quod ossa peccatorum, non in inferno sint sed juxta infernum, & *fame bona impinguat ossa* *d*, quæ ad corporis faginam non pertinet. Hugo tropologicè demonstrat ossa religiosis convenire, quoniam debent esse insensibiles quantum ad gloriam, & contumeliam, & debent abscondi in sepulchris clausti rorum. Hæc fusius explicat; interque cetera narrat præcepisse Bernardum novitio, ut una die malediceret ossibus, alia benediceret, in fine autem anni quæsiviſſe quid illa respondiſſent, & quum novi, tius dixiſſet, nihil, monitum esse, ne & iple quidquam responderet maledicentibus. Utilis ac pia Hugonis hæc omnis tropologia: præterea quæ subjicit de notionibus inferni pro mundo, luxuria, gula, superbia, quovis peccatore. Transcribit ad verbum fere omnia Graveus *e*.

h Hieron. Reg. Heb.

i in adagiat. in 107. digr. a

k Vatablus, Cruciger, Calvinus, Pagninus, Arias Montanus, Buchanus, Marot.

l Beza hæret.

m Ps. 52. 6
n Ps. 21. 15 & 87. 5
o Ps. 63. 9
p Es. 38. 13
q Ps. 17. 8
r Ps. 21. 15
s Ps. 32. 6

t Philip. des Portes.

u epist. 9

x hom. in Ps. 23

y Ps. 6. 3
z Ps. 33. 21
a ibid.
b Ps. 34. 10

c in Es.

d Prov. 15 Tropolog.

e Serm. 329

Vers. 8.) Quia ad te Domine, Domine oculi mei: in te speravi, non auferas animam meam.

Sensus loci.

IMplorat deinceps magno affectu divinum auxilium oculis mentis, ac animi in eum intentione de fixa, totaq; in ipsum spe converta, petitq; ne sinat Deus tolli animam sive vitam, ne patiatur eum perire, ne permittat os absq; custodia esset præterea excusationes in peccatis, communicationem sibi esse cum improbis cumque voluptatibus: admittere adulationes; vitare correptiones. Quæ omnia superius hoc ps. posita, seu se jure poscere ac impetrare debere significat; quia totius à Deo semper pendeat, nec oculos, tamquam obsequens servus, à Domino suo dimoveat. Denotant quoque ultima verba, præsertim secundum vim phrasis Hebrææ, vehemens desiderium, ut non fraudet Deus supplicem orationem, ac ne vacuę abeãt istę preces. Augustinus pergens explanare de martyribus, vult orare pro constantia in tormentis, ne periclitentur, & deficiant, sicut multis contigit (lapsos nominat Cyprianus) sicque Deus auferre censeatur animam eorum, ut equidem interpretor, idest, finere eam graria privari, & damnari. Id Arnobius exponit auferri de libro vitæ, ubi sunt Catholici, & in libro mortis inseri, ubi hæreticorum conventicula condemnantur. Rickelius explicat ne separetur anima à consortio electorum, nec auferri permittatur à Deo per culpam, sed fi fuerit ab ipso averta, dignetur eum convertere, & sibi inseparabiliter copulare. Lyranus declarat, ne permittatur auferri à conspectu gratiæ Dei, & per consequens trahi ad pœnam gehennæ. Cassiodorus, & Hugo, quia consuetudo est rorum five justorum est, velle de hoc sæculo liberari, ut etiam est sequenti psalmo *f*, educ de carcere, seu custodia animam meam; atque Paulus *g* id de seipso testatus est, docet Prophetam hic petere, ne auferat Deus animam à bonis suis: Hilarius monet, quod ablatio animæ non abolitio ejus est; sed quum à gloria constituti sibi honoris aufertur, quã ab expectatione & affectu spei suæ decidit. Idem vero optime considerat, quomodo ad Deum Propheta oculos suos dicat esse, & intentos. Intenti prophetæ ad Dominum, inquit, oculi non deflectuntur in aliquas superfluarum rerum admirationes: non ad contumeliam pudicitiæ honestas humanorum corporum species contuentur: non capiuntur aut pretiosarum vestium opere, aut blando argenti nitore, aut illecebroso fulgore auri, aut inani honore gemmarum, aut factioso spectaculi theatralis certamine; aut ambitiosa potestatum sæcularium pompa; sed omnia magnifica Dei opera ad admiratio-

f cap. sec. & ult.

g Phil. 1. 23

tio.

tionem ejus, qui ea est operatus, intendunt. Similis dicendi formula multoties occurrit *a*, nosque ipsi quæ pertinent ad illam diximus.

a Psal 15. 15. psal. 220. 1. psal. 122. 2. 2

Qui ad te Dómine, Domine; oculi mei.) Hieronymus, *Domine Deus*, Hebraicè duo nomina: primùm illud ineffabile, sed notatum punctis nominis *Elohim*, propter sequens *Adonai*, quia puncta istius poni solent sub illo ineffabili, quando solum ac seorsim occurrit יהוה אדני *jehovah adonai*. Chaldaicè, *quoniam ad te Domine Deus meus oculi mei aspiciunt*. Apud Hilarium legitur tantum semel, *Domine*. Puto id vitio librariorum factum, quia omnes editiones psalmorum geminant, quamvis metri caussa Apollinarius contentus fuerit expressisse, per μόνον, hexametrum, una dumtaxat vice. Emphasin habet repetitio; totaq; ea, una dumtaxat vice. Emphasin habet repetitio; totaq; hæc oratio, de qua monui alibi me dixisse, ac modo satis esse posse, quæ recitavi ex Hilario.

In te speravi.) Chaldaicè *etenim*, vel *quia verbum tuum speravi*. Non iterat particulam caussalem ארום *arum* textus Nebiensis. Quod autem *verbum tuum* usurpat Paraphrastes, more facit suo. Qua in re volunt aliqui respectum habere ad secundam personam Trinitatis. Quod non ausim affirmare, ut nec prorsus abnuere.

Non auferas animam meam.) Hieronymus, *ne evacues animam meam*, quæ etiam translatio est in speculo Augustini, quo item pacto Aquila μὴ ἐκκενώσῃς, atque Theodotio μὴ ἀπορρίψῃς. Quod rectè Trevetus explicat, nec non C. Jetanus, ne fraudes eam spe sua. Impletur anima speranes, inquit Cajetanus, quum assequitur rem speratam, & per oppositum evacuatur, negando rem speratam & Crucius noster.

Animi ne vota relinque.
Eodem modo Apollinarius.
μὴ μου ἐπλετο μῦθος ἀκράντ' ἐνὶ φρεσὶ ἔλπεσθαι
Ne meum sperant ter longe abjeceris.

Perite ab animo, vel animo, deficere alicui animum, dicunt Latini, & Itali *perdersi l' animo*, pro eo quod est abjicere ipsem de ipsendere animum, concidere animo. Nuntii Nabuchodonosor vacui semiis narrantur, & abjecti. fine honore, quia non impetravernt quod volebant pro suo Rege *b*. Vacua ipsis dicitur insolentia, qui tam cautam, & disciplinam abjici *c*. Hebraicè hoc loco נַפְשִׁי תִּעֵר *nafsi thehar*, vertunt alii, *ne effundas, ne haurias, ne evacues, ne extrahas, ne desperdas*. Thema est עָרָה *haarah* omnia dicta significans, ac etiam *discooperire*, & *nudare*. Psalmo 136. *d* expositum est *exinaniendo* verbo. Anima intra corpus contineri videtur juxta captum rudiorum tamquam liquor in vase: & Poetæ, immo & scripturæ ipsæ sacræ interdum videntur sanguinem venis inclusum appellare animam, quod interpres dixit auferri, erat hominem penitus interire. Quod aliter Latini etiam dicunt fundere, & effundere animam. Lucretius *e* diffundi animam è corpore dissoluto, *dissipata* ossa dixit prius Auctor noster, quemadmodum humorem è vase quassato. Denique Virgilius *f* ferre animam alicui utrpavit pro eo, quod est occidere. Erat eadem dicendi formula in Psalmo 39. *g* *confundantur, & revereantur simul qui quærunt animam meam, ut auferant eam.* לִסְפֹּתָהּ *lispothah, ad colligendum eam, adimendum, abstrahendum, absumendum*. In 103. *h* *Auferes spiritum eorum, & deficient*: In 145. *i* *qui auferet spiritum Principum eorum*, & *deficient*. Expressius dicitur in libro Ecclesiastici *k*, *auferri vitæ*. Græce hic est compositum ἀπαιωρήσῃ. Nicephorus explicans ut non permittat Deus ἀπαιωρῆσαι τὰς τῶν ψυχῶν, tolli animam, eorumq; e hominem de medio ab inimicis, notat præpositionem ἀπὸ hic, ut & aliquoties alibi, redundare: intelligi vero etiam per hostes hoc loco dæmones. Chrysostomus portas ipsas inferi, prætereaq; bella, prælia, mortes. Anima secundum subsistantiam ablata existit: ut pro vita sumitur, quam corpori communicat, & hominem totum denominat, penitus perit. Sic ex ablatione animæ non licet argumentari pro mortalitate ipsius.

a psal. 15. 15. psal. 220. 1. psal. 122. 2. 2

b Judith. 11. 12
c psal. 3. 11

d vers. 7

e lib. 3.

f 8. 9. AEn.

g vers. 15

h vers. 29
i vers. 13
k cap. 9. 19

Vers. 9.) Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem.

Sensus loci.

TImorem ne auferatur ei anima, eamve auferri sinat Deus à persecutoribus, inde oriri dicit, quod laqueos tetenderint, ac veluti venatorias plagas, quibus ipsum caperent. Idcirco flagitat abiisse insidiis liberari, quod mysticè intelligitur de *concupiscentia carnis & oculorum, de, quæ superbia vitæ*: præterea de pravis consiliis, & exemplis: postremo de cunctis occasionibus peccatorum, quæ sunt prope infinitæ: Augustinus applicat ad periclitantes in fidei confessione ante persecutores, tyrannosque, qui proposita velut ejca vitæ, minantur mortem, ac tormenta, detractantibus fidem negare: ad hæc propter scandala malorum exemplorum in iis qui cesserunt, negaverunt, apostataverunt: Creditus Hieronymus laqueos tenios interpretatur aut ab hæreticis, aut à dæmonibus; quia vitia vicina sunt virtutibus; & quidem tenios laqueos iis, qui sunt limites cervis: quoniam cervi alti iunt, cornua grandia habent, interficiunt serpentes. Similia istis antiquiór habet Hilarius de mundo insidiis pleno, laqueis, scandalis: sive per principem aeris hujus, sive per spiritales virtutes in cœlestibus, sive per filios inobedientiæ, in quibus spiritus erroris operatur: sive in hominibus malæ adhortationis, periculosi exempli, elicitæ necessitatis, quum nos ad voluptates adhortantur, quum in prosperis suis in Deum impii sunt; quum per contumelias & injurias ad motum nos tui bulentæ voluntatis exagitant. Distinguit vero etiam laqueum à scandalo, ut sit laqueus adhortatio voluptatum, & incentivum appetitionis inhonestæ, quod modo laqueï fallens capit: scandalum autem uxor intelligenda, filias iniquas, & cetera deinceps domi nomina; & omnes ex Ecclesia, frater, aut contumeliosus, aut avarus, aut ebriosus, aut turpis: in his enim nobis esse scandalum, quotics ad necessitatem irascendi, arguendi inhibendi, vindicandi ex illa quietæ fidei nostræ manifestudine provocamur. De multiplici laqueorum genere secundum mores, ejimus non semel in aliis psalmis. Videntur à Propheta insinuari potissimum doli, ac fraudes fuamet peccata exculantium, atque oleo, seu unguento adulationis decipientium, de quibus antea meminerat hoc eodem psalmo *m*.

Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi.) Hieronymus, *custodi me de manibus laquei, quem posuerunt mihi*. Trevetus ait, quod superfluit *manibus*, ex proprietate idiomatis Hebraici. Alii, *à locis laquei*. Vetus Psalterium, & Augustinus, *à mulcipula*: quod nomen in simi. libus aliis locis frequentant. Crebra psalmis prioribus *n* de laqueis positis, paratis, vel absconditis mentio, & adhuc in proxime sequentibus. Pro *statuerunt*, & συνέστησαν, verbum Hæbreum est יָקְשׁוּ *jakeshu*, proprium artis. Nam significat *irretire, illaqueare, laqueum tendere*, potiusque per id solum utiurpari absque nomine פַּח *pach*, quod *laqueum* valet. Non est sine emphasi hujusmodi conjunctio cognatæ significationis verbi cum nomine, haud insolens etiam Græcis & Latinis. Denique *custodire à laqueo*, sicut & *de manu peccatoris*, idem est, quod præservare, ac pervenire periculum, impedire, ne quis incidat in laqueum, vel in potestatem peccatoris, & sic de similibus aliis.

Et à scandalis operantium iniquitatem.) Hieronymus, *& de offendiculis*. Alii *laqueos* repetunt: quidem *vincula* usurpant. Sunt מוקשׁות *mokeshoth*, sicut מוקשׁים *Kefelim*, (quæ forma masculini ordinaria est) יקש *jakas*, de quo paulo ante dixi, *vincire, laqui, offendicula, scandala*. De nomine autem *scandali*, quod idem Græcè dicitur σκάνδαλον, in hoc operè *q* egimus alias: sæpius enim occurrit. item in commentario Petri *r*, & Joannis epistolarum. Vetus psalterium, & Augustinus, *& ab scandalis eorum, qui operantur iniquitatem*. Gravatur, ac odiosior causa redditur inimicorum coram Deo, quod nimirum videantur deplorare improbi, totique in iniquitatem incumbentes, ita ut etiam bonis continuo molesti essent.

m vers. 4. 5.

k epist. 98 & 123
l 102. Mach. 7

n psal. 9. 16. psal. 30. 5. psal. 34. 7. psal. 63. 6. psal. 118. 117. psal. 123. 7. psal. 139. 6 o vers. 4

p psal. 139. 5

q psal. 48. 14. psal. 49. 20. psal. 68. 23. psal. 105. 36. psal. 118. 165. psal. 139. 6 in 1. epist. 2. 8. in 1. ep. 2. 10

r in 1. ep. 2. 10

Vers. 10.) Cadent in retiaculo ejus peccatores singulariter sum ego, donec transeam.

Sensus loci

HOstes, ac persecutores suos David, aut Saulem, aut alios prædicit in ea ipsa retia casuros, quæ tetenderant: quemadmodum in alio psalmo *s* cecinerat, *Lorum aperuit, & effodit eum, & incidit in foveam, quam fecit*: idque ait futurum, Deo sic justè permittente, ita ut videri possint dicta retia contra illos ab ipso parata. De seipso autem magna quadam confidentia, fiemoque animi proposito affirmat fore, ut ab iis disjunctus, ac plane separatus perseveret, vitans mores, commercium, insidias, donec transeat harum insidiarum locum, in quem illi incident, & eisdem capti interibunt. Mistice pertinet hoc ad eos, qui delectantur peccatis, & incidunt idcirco in diaboli laqueos, qui est princeps venatorum, & ad illum, cui displicent peccata; & idcirco singularis, vel utique solitarius, quamdiu hic vivit inter alios, nec est de hoc mundo *a*, qui *totus in maligno positus est b*, plenusque malignis. De reti Dei Chrysostomus, Theodoretus, Basilius: Hilarius exponit de reti diaboli, à quo quidquid iniquitatum homines gerant, suggeratur. Euthymius & Nicephorus de reti, quod alii expanderunt contra Davidem. Augustinus peccatores appellat Apostolos, qui inciderint aliquo modo in rete diaboli, vel proditionem, vel pernegationem, vel per fugam, metumque nimium, vel per scandalum acceptum tempore passionis Christi. Christum vero intelligit solum, & singulariter remansisse, quoniam solo ipso tunc moriente, quia justit, ut qui comprehendebant eum, finerent discipulos abire *c*: scandalum omnes in eo passi sunt *d*, & dispersi in propria, ipsum solum reliquerunt, donec transiret per mortem *e*: quia post resurrectionem in fide *confirmati sunt columnæ illæ f*, multoque post ascensionem magis, immisso in illos Spiritu sancto. Post transitum Christi, ut transiret ex hoc mundo ad Patrem, sicut Hebraicè significat Paicha à פסח *pesach*, & secundum sonum Græcarum litterarum πάσχω, *patior*: innuit passionem, qui singularis erat Christus, multiplicatus est. Post *mortificatum granum frumenti fructus multus* extitit *g*, & *exaltatus à terra, omnia trahit ad seipsum h*. Tandem docet Augustinus, quod singulariter, & solus passus est Christus; quia nemo ante illum pro nomine ipsius, licet multi Prophetæ, (adde & Machabæos, cum Eleazaro) & Joannes ipse Baptista pro lege veritatis, pro æqualitate, pro justitia occisus est, ne pro nomine Christi patiendo antecederet Christum. Attamen docet etiam alibi *i*, quod quamvis nondum esset mortuus Christus, eos Martyres fecit moriturus Christus; & Christiani erant sactis antecedentes, licet nomen Christianorum, postea divulgatum fuerit. Lege de iisdem Bernardum k, præter alios, quos citat Serarius *l* noster.

s psal. 56. 7

t 1. Joan. 2. 15

a Joan. 18. 36
b 1. Jo. 5. 19.

c Jo. 18. 8.
d Matt. 26. 31.
e Jo. 16. 32.
f psal. 74. 4

g Joan. 12. 24.
h ibid. v. 32

i serm. de divers.

Cadent in retiaculo ejus peccatores.) Hieronymus, *incident in rete ejus impii simul*: sic enim jungit, & interpretatur, quod ad sequens membrum rejicitur singulariter, והר *jahad*. Sic etiam vertunt alii ex Hebræo, sed optativè, & *retia* pluraliter, prout extat nunc Hebraicè, *cadant in retinacula*, seu *retia ejus impii simul*, vel *in sua ipsorum retia unusquisque ex impiis*. Retia ejus significat מכמוריו *machmoraw*: & pronomen *ejus* potest reciproce sumi pro *suis*, ut incidant in retia sua unusquisque ex iis, qui statuerunt laqueum, & scandala David. Quod si proprie accipiatur, poterit referri pronomen *ejus* ad Saulem, simul cum suis, ut incidant peccatores in retia, laqueos, scandala, quæ contra Davidem innocentem paraverant, non ipse, sed alii peccatores, sive qui Saulem instigabant adversus Davidem, sive Philisthæi, & alii hostes populi Hebræi. Præterea potest innuere Deum, de quo mentio proxime facta fuerat, & suo reti, quandoque comprehendit peccatores. Tandem intelligi posset designari diabolus, quamvis expresse nominatus non fuerit. Deinde si *singulariter* iumamus pro figillatim, una, pariter, simul, sensus erit, ut omnes ad unum peccatores incidant in retia, sive sua, quæ nempè ipsi struxerint aliis, sive Dei, sive diaboli, sive quæ alii homines improbi tetenderint contra innocentes. Symmachus vertit, συμπεσοῦνται εἰς τὰ ἴκνυα ἑαυτῶν οἱ παράνομοι, *incident in retia sua iniqui*, Apollinarius de Deo interpretatus est,

j psal. 9. 16. psal. 30. 5. psal. 34. 7. psal. 63. 6. psal. 118. 117. psal. 123. 7. psal. 139. 6 o vers. 4

k epist. 98 & 123
l 102. Mach. 7

δ' ἴκνυα ἀβλαβτα ξυνίοι κακόπτυκτος ὀλοὸς,
Rete immortalis (Dei) *comprehendat iniquitatis operarios*.

In Bibliis Regiis, Complutensibus, & aliis, atque apud Euthymum, & Nicephorum legitur, ἀυτὸν: sed emendata Biblia restituerunt, ἀυτῶ, ut etiam dixi esse in textu Hebræo. Lege quæ Valentia disserit de retiaculo carnis suæ, crucisque, quod Christus opposuit retiaculo diaboli, in quod ceciderant homines.

Singulariter sum ego, donec transeam.) Jam recitavi ex Hieronymo pro *singulariter* aliud adverbium *simul*, junctum priori membro. Reliqua sic reddit, *ego autem transibo*, nempe, ut exponit Trevetus, liber à talibus insidiis. Quod, inquit impletum est, quando Saul, & sui cecidernnt in prælio contra Philisthæos; David autē absens à prælio liber evasit *m*. Cajetani eadem fere expositio. Davidem nempe profugum à Saule iviise ad Philisthæos, quando se fatuum simulavit *n*, iter cum sexcentis viri, uxoribus, familia *o*: de hac fuga hic agi, ac intra quatuor menses, quibus fuit apud Philisthæos, occisum Saulem esse cum suis; atque ita in suamet retia cecidisse, amisso regno, à quo ut impedirent Davidem, retia, insidiasq; tetenderant. Vertunt alii, *simul*, vel *pariter ego in æternum*, scilicèt *pregrediar*, vel *simul, pariterve ego perpetuo transibo*, i deśt, vadam illæsus, & evadam tendiculas, premam, & conculcabo illas pedibus. Hebræa sunt, אנכי יחד אעבר יהד *jachad anochi ebbad ebbevor*: Græca, κατεμόνας ἐγὼ ἐγὼ διαπαρελεύσο. In vetere Latino Ps. & apud Augustinum, ac Hilarium, nec non & alibi apud Hieronymum *p*, *singularis sum ego, donec transeam*. Tropologiam prius indicatam de separatione ab improbis, ac etiam à sæcularibus, & secundum mores, & præterea secundum realem secessum, qualis est Monachorum: attingunt hoc loco Hilarius, Arnobius, existimatus Hieronymus, atque Chrysostomus. Scit (pius ac justus) impiam esse, inquit Hilarius, combinationem, nempe cum impiis: Deo autem dictus, nullis aliis sæculi negotiis occupatus est, & singularis, donec transeat. Subjungit scandala, retiacula, laqueos esse id, quod tranieundum sit: transitum vero esse debere de morte in vitam *q*. Arnobius meliorem solitariæ conversationem affirmat, quæ habet vitam, quam in multitudine conversando, mortem incurrere: singulariter vivendum, ubi societas vitæ præsentis, æternæ vitæ commodis adversatur. Qui dicitur Hieronymus, huc refert eum, qui apud Jeremiam *r* solus sedet, amaritudine repletus. Moysen, qui *transivit, ut videret visionem magnam*, *s* id est, qui transivit omnia vitia: carbones deiolatorios, qui solitudinem faciant, & peccatorem purgent *t*. Chrysostomus exponit de illo, qui sit veluti compactus, conjunctus, non dispersus: vel liberatus à malis, purus ab illorum congressione, & tamquam solus habitans. Hoc vocat maximum genus virtutis, ita tamen, ut non unp, aut duobus, tribusve diebus id fiat, sed per totam vitam. Præterea murum & propugnaculum, atque virtutis incrementum ait esse malos fugere, coactum & constipatum (*raccolto*, dicunt Itali) apud se consistere toto vitæ tempore, & abiis, qui corrumpunt, sejunctum habitare. Addit, quod solitudo non facit esse solum: sed mens, quæ teneatur amore & studio sapientiæ: hac ratione etiam, qui habitant in medit urbibus, foris & stre pitibus, posse esse singulares homines, dum corruptos cœtus fugiant, & se justorum conciliis adjungant. De vita monastica loquor hunc eundem usurpavit Paulinus *u*. Ephrem *x* explicat singulariter, aut singularem esse, donec transeat cum, qui sibi attendat, donec ex præsenti excedat vita. Hoc sibi vult Xαθόσας, & bene vixit, qui bene latuit. Item, fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge & unum. Unus pro populo mihi est, & populus pro uno: mihi satis est unus, satis est nullus. Sed & Nazianzenus *y*, intelligens de eadem, & ad eamdem rem comprobandam, confirmandam, que pondus magnum habere concedens, docet illam morum potius gravitate & constantia, quam τῇ τοῦ σώματος διαχωρίσει Χαρακτηρίζεσθαι, *corporis secessione exprimi ac insigniri*. Huc posset revocari, ut singulariter quis versetur, nec facile prodeat in publicum, etiam ipsecie alios juvandi, donec transeat, idest, superet passiones atq; tentationes. Innuit Origenes, tractans illud ex Threnis *z*, *Sedebit solitarius, &c.* Hieronymus *a*, istam singularitatem ac solitudinem ad silentium revocat, quo debeat quis uti, quando propter scelerum cumulum, gravitatem, obstinationem, nihil se proficere monendo viderit posse: quemadmodum Amos *b*, à prudente fieri scribit: & Jeremias e faciebat sedens solus, quia amaritudine repletus erat: & Christus *d*, admonebat, vetans *dari sanctum canibus, mittique margaritas ante porcos*. Allegoriam de Christo ex Augustino antea potuimus. Hanc juvat, quod solus calcasse torcular dicitur, & quod solum brachium ejus auxiliatum ipsi *e*. Transferunt aliqui ad immaculatæ conceptionem Deiparæ; ita ut in retiaculo diaboli, quod est peccatum originale, ceteri ceciderint, ipsam singulariter, singulari beneficio, singularis & una, solaque id transierit ac evaserit. Greveus *f*, uno sermone disputat de reditu spirituali animæ ad seipsam, deque impedimentis ejus, & de solitudine ad eum necessaria. Impedimenta numerat ad similitudinem eorum, quibus quis impeditur in propriam domum regredi. Revocantur autem ad multitudinem,

m 1. Reg. 30. 17. & seqq.
n cap. 21. 3
o cap. 27. 2.

p in Ann. 5 Tropologia

q Joan. 13. 2

r cap. 15. 17

s Exod. 3. 3

t psl. 119. 4

Virtutis incrementum malos fugere.

Solitudo non facit esse solum, sed mens.

u epist. 37 qua ponitur etia in to. 9. Hieronymi.
x com. a in attende tibi, cap. 9.

y orat. 21

z cap. 3. 28
a in Amos, cap. 5

b cap. 5. 13
c cap. 15. 17.
d Matt. 7. 6.

Allegoria.

e Esa. 63. 5

f serm. 3. 15

dinem, sive turbam sæcularium occupationum, quæ re- A trahunt; ad turbam cogitationum, quæ perstrepunt ac inquietant: ad copiam affectionum, quæ impediunt opprimendo, & quasi spiritum extinguendo. Reditum ad semetipsum per solitudinem accommodate confirmat verbis Christi, discipulos invitantis in desertum locum, ut requiesceret pusillum *a*. Modum redeundi tradit esse, ut revocet se quis à sensibus ad interiora in imaginatione, secundum imaginationem, in imaginatione secundum rationem, in ratione secundum imaginationem, in ratione secundum rationem: propterea quater ut revertatur monetur spontaneum *b*. Docet deinde, postquam redierit quis ad se, restare ut transeat super se: id vero egere majore solitudine, de qua in Threnis *c*, *sedebit solitarius, & tacebit, qui levavit se supra se*: ita ut sessio designet quietem contemplationis; solitudo exclusionem curæ, cogitationis liquimultiplicis; silentium auditum verbi divini ad se loquentis interius; *levare se supra se*, excessum mentis & rationis, quando quis per affectionem ascendit supra rationem. Adjicere possumus ethicum aliud perutile documentum, præsertim perfectioni studentibus, aut vitæ spirituali: ne vereantur B vulgarem illam reprehensionem singularitatis. *Pauci sunt electi d*, ideoque non nisi qui ut pauci vivunt *unus accipit, bravium e*, unus in piscina curatur *f*: *singulariter in spe constituit Deus g*, illum, qui singulariter studet ei placere ac satisfacere: eant licet alii ad vitulos aureos, fuge consortium eorum: *Porge in Jerusalem ad templum Domini; & ibi adora eum h*: *non sic similis tui, qui conservat legem excellisi*. Rectè admonet Bonaventura K novitium, ut si timet de singularitate notari, & ob hoc aliis fieri odiosus, sciat quod nullus Sanctus singularis gloriæ factus est in cœlo, nisi qui inter homines positus, studuit esse in sanctitate vitæ singularis, & secundum singularitatem virtutum. Adversus vitiolam singularitatem agit Jacobus Alvarez *i* noster, ut in religiosis habere locum possit. Richardus Victorinus *m* medica charitate opera strata nominabat, quum fiunt in charitate, & bona intentione, ita ut in iis infirmi non scandalizentur, vel infirmentur; sed tanta æqualitate & discretione constent, ut incedat anima in his omnibus sine querela, & opportune noverit illa exercere, & iterum intermittere. Hanc ego laudabilem nominari C putem posse singularitatem; singulari studio cavere etiam in bonis operibus, quæ offendere quoquo modo possit, aut operanti ipsi merito periculum creare: seperbiæ, singularitatem: singularem ferum qui depascatur vineam *n*, appellat Bernardus *o*, qui alios obstinatione sua nequissimi vitii singularitatis turbet, fiat discordiæ fomes, materia scandalorum.

a Marc. 6. 31

b Cant. 6. 12

c cap. 3. 28

d Mat. 20. 16 cap. 22. 14 *e* 1. Cor. 9. 24 *f* Joan. 5. 4 *g* Psl. 4. 10

h Tob. 1. 6 *i* Eccl. 44. 20 *k* de institutione novit. p. 2. cap. 5

l de vita spirit. l. 1. p. 3. c. 39 n. 7. & l. 3. c. 35. & 36 *m* in Cant. c. 2.

n Psl. 79. 14 *o* Serm. in Fest. angel. de septem panibus, &c.

PSALMUS

CENTESIMUS QUADRAGESIMUS PRIMUS.

Intellectus David.
Quum esset in spelunca, oratio.

2. VOce mea ad Dominum clamavi; voce mea ad Dominum deprecatus sum.

3. Effundo in conspectu ejus orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

4 In deficiendo ex me spiritum meum, & tu cognovisti semitas meas.

In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.

5, Considerabam ad dexteram, & videbam; & non erat, qui cognosceret me.

Periit fuga à me, & non est, qui requirat animam meam.

6. Clamavi ad te Domine, dixi; Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

7. Intende ad deprecationem meam; quia humiliatus sum nimis.

Libera mè à persequentibus me: quia confortati sunt super me.

8. Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo; me expectant justi, donec retribuas mihi.

Titulus & Argumentum.

Psal. 1.) Intellectus David.

Quum esset in spelunca, oratio.

Titulus.

REQUIRUNT in titulo expositionem illa tantum verba, *quum esset in spelunca*: nam quid importet *intellectus*, vidimus in aliis psalmis, tum etiam quid *oratio q*, & Cassiodorus monet hunc esse quintum, qui *orationem* habeat in titulo. Emendata Biblia Græca consentiunt cum translatione nostra, & cum textu Hebræo, habent προσευχή, quum Theodoretus ac Euthymius legant, sicut etiam extat in Complutensibus codicibus & Regiis, aliisque προσευχόμενον, nempe *ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ προσευχόμενον*, *cum esset in spelunca, orans*. Favet præterea Apollinarius. Psalm. 56. habet quoque titulum, qui facit mentionem, *quum fugeret David à facie Saul in speluncam*.

d in cap. 24

e 2. Cor. 2. 8

f Psl. 58. 12

g Matt. 27. 66

h Rom. 6. 3. 4 *i* ad Marcel.

Quo tempore Ecclesia utatur hoc psalmo.

k Joan. 13. 1 & seqq.

l Bonav. in vita cap. 14.

Argumentū

Ex hoc titulo elicitur argumentum: nam inimicum à Davide factum, quem lateret in spelunca? Id de spelunca in Engaddi accipiunt non pauci *r*, ubi & oram chlamydis præcidit Saulis ibidem purgandi ventris causa existentis: ille vero *assumserat tria millia electorum virorum ex omni Israel ad investiendum Davidem, & viros ejus etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus pervia erant s*. Apposita Bibliis correctis citatio ex 1. Regum 24. sententiam istam planè indicat; quamvis in titulo psalmi 56. simul citetur alius locus ex cap. 22. Ambrosius *t* satis idem innuit, atque Athanasius *u*, & hoc loco Euthymius ac Nicephorus. Alia opinio est de spelunca Odollam *x*, quoniam in alia illa spelunca non erat David omni destitutus auxilio, ac solus, ut se fuisse significat in isto psalm. *y*, quippe stipatus viris sexcentis *z*: fuit etiam ibi Saul potius in periculo vitæ, quam David. Inter paulo vetustiores tradunt hanc sententiam Hugo, Lyranus, Ayguanus, Trevetus, Valentia, Rickelius, Cajetanus, ac deinceps nonnulli recentiores. Non negaverim, quod *a* quidam est istis faciunt, primæ opinioni probabilitatem, quę tam multos habet sectatores ac vetustiores quidem, quam secunda: nec enim reperio Hieronymum in prologo psalm. prout eum citat Lyranus, de fuga in Odollam affirmare hic agi. Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, Chrysostomus, Basilius, Theodoretus, Apollinarius de neutra spelunca diserte meminerunt, sed tantum universe. Argumento contra speluncam Engaddi responderi potest, quàvis imprudens incurrerit Saul in periculum: in hoc Davidem ibidem prius magis fuisse propter multo plures milites ejusdē Saulis, quibus vallabatur. Neque probari potest sexcentos cum Davide tunc fuisse. Utravis spelunca fit, eo. Idem pacto Christi typus repræsentatur quod omnium optime declarat Hilarius, notans propterea in titulo poni *intellectus orationem*, sed nimis contendens Christo soli congruere psalmum secundum litteram: cum ex opposito Ambrosius *b* videatur negare alteri, quam Davidis personæ. Docet idem Hilarius appellationem Davidis convenire Christo: hunc frequentes fugisse, latuisse, orasse, in ipso quoque tempore passionis, & flevisse (hoc Evangelium non exprimit *c*: Paulus vero exauditum scribens orantem cum lachrymis, videtur ad illud tempus respexisse) & ad DEUM in tribulatione clamavisse. Dum David in spelunca locutus est, prophetasse in Christo: dum fugit, fugam Domini sui non tam per verba, quam per fugam prophetasse: si spiritu defecit; Domino etiam *tristem fuisse animam usque ad mortem d*. Davidis à Deo semitas cognitas, sed & *filium neminem novisse nisi Patrem e*. Davidi in fidei suæ viis laquos absconsos, Domino quoque in prædicationis suæ cursu ubiq; paratas insidias: orasse in spelunca Davidem, Christum in corpore. Bruno in spelunca Christum contemplatur vel ob assumptam humanitatē; vel propter sepulchrum, quum consideraret se moriturum, & in sepulchro ponendum; vel ut etiam censeatur spelunca mundus, compa-

r Haimo, pontatus Hier. Rom. Bruno, Agellius Boch. sanctus, Genebrardus, Ecolampad. Varlen Hirus. Osor. Baza hic. & alii R. Kim hi. *s* 1. Reg. 24. 3. *t* de fugâ seculi. cap. 5 ad Marcellinum. *u* 1. Reg. 24. *x* 1. Reg. 22. *y* vers. 3 2. Reg. 23. 13 *z* Bellarm.

a cap. 26. 30 16

b de fugâ seculi. cap. 5

c Hebr. 5. 27

d Mat. 26. 38 *e* cap. 11. 27 Luc.

In Psalmum CXLI. Vers. 1. & 2. 603

comparatus cum patria cœlesti. Addi posset locus ipse, in quo Christus nocte passionis oravit *a*, quemq; Borcardus *b* affirmat cuidam rupi concavæ adhæsisse, sub qua discipuli sederent quum ille oraret. Qua in re consentit Jansenius *c*: sed in ea spelunca orasse CHRISTUM nullus ait. Addit Bruno allegoriam Saulis ingressi speluncam purgandi ventris causa, ut diabolum designet, qui per peccatum primi parentis hunc mundum ingressus, ut cogitationes & operationes fœtidas, ac illicitas hic poneret: vestimenti ipsius oram à Christo obsidam, quum humani generis, quod diabolo ut vestimentum erat, partem salvandam ab ipsius subjectione spiritualis doctrinæ gladio sequestravit. Idem fere habet Remigius. Putatus Hieron. diabolum designari vult in Saule, mundum in spelunca, & quod diabolus non immittit in hunc mundum aliquid boni, sed stercus, & si quid putridum est. Christum ingressum in hunc mundum & persecutionem passum, sicut David introivit in speluncam, absconsens se à Saule. Eucherius vero in explanatione libri primi Regum *d* in spelunca Christum in carne à Judæis absconditum etiam intelligit, qui si *cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent e*: & præterea in sepulchro collocatum. Sed purgantem ventrem Saulem refert ad Judæos qui conceptam mentis malitiam in Christum quasi odorem fœtidum emiserunt; & cogitata noxia factis deterioribus, illum perimendo, ostenderunt: noluisse Christum Judæos occidere juxta id quod est in alio psalmo *f*, *occidas eos*; tamen partem chlamydis abscidisse: quia regnum eorum amputavit quod Saulem veneratus est David, ac suspicionem repulit qua putabatur inimicus esse, seque Christum Dominū tangere nolle dixit, quia Christus esset Domini, innuisse regni Christi futuram æternitatem. Subdit mox tropologiam de subditis contra Prælatos nonnihil murmurantibus. Lege, si te delectat. Allegoriam eandem ad verbum fere Isidorus & Angelonius in suos commentarios retulerunt: Beda illam proprie partem attigit, quæ spectat ad monumenti speluncam: in quo quum Christus esset, Judæi diu conceptum intrinsecus decoctumque jam suæ perfidiæ mentis fœtorem foras cunctis ostenderunt; *illud munientes ac signantes lapidem cum custodibus g*: viros item David latentes interpretatur, aut discipulos, quorum mens erat in sepulchro, ubi jacere dolebant eum, quem diligebant; & id aliis scire nolebant: aut omnes homines cum Christo mortuos & sepultos, atque cum eodem per baptismum suscitatos *h*. Athanasius *i* recenset psalmum istum inter eos, qui sunt *ἐν ὕψει*, idest, qui occupantur in oratione, vel voto: nec non inter *ἐυχαριστικούς*, qui gratias agunt. Præterea si concurrat, inquit, tribulator ignarus etiam in speluncam, ubi tu lates, ne sic quidem tu formidaveris: habes enim in hujusmodi necessitate utiles ad consolationem sermones, & monumentis inscriptos in 56. & 141. Tandem scribit eum, qui recitet præsentem psalmum, ut & 53. 55. 66. ita assici, tamquam ipse, & non alius quispiam, persecutiones sustineret, voceq; eas Deo quasi suas ac proprias accineret. Ecclesia utitur hoc psalmo præter feriales vesperas sextæ feriæ, ad eas etiam, quæ recitantur ferta 5. & 6. hebdomadæ sanctæ. Francisens, quem hodie festive colimus, dominicæ studiosissimus passionis sub mortem quum jussisset legi sibi ex Joan-Evangelio *k*, *Ante diem festum Paschæ, &c.* in hujus nostri psalmi vocem prorupit, erupit, & ad finem usque complevit *l*. In cujus rei memoriam recitatur in introitu Missæ de eodem Sancto versus primus ex eodem psalmo.

b de fugâ seculi. cap. 5

c Hebr. 5. 27

d Mat. 26. 38 *e* cap. 11. 27 Luc.

f Psl. 58. 12

g Matt. 27. 66

h Rom. 6. 3. 4 *i* ad Marcel.

k Joan. 13. 1 & seqq.

l Bonav. in vita cap. 14.

m 1. Cor. 14

n in ora. Dom.

a Medit. 34

p Virg. Lepar. in vit. p. 2. c. 3. & p. 3. cap. 2

Propria voce clamandum ad Dominum.

q Tbil. 4. 6 2. Tim. 2. 1

Quatuor orandi modi.

r Joan. 11. 42

Vers. 2.) Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Dominus deprecatus sum.

Sensus loci.

IN psalmi 76. exordio sententia similis est: *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Deum, & intendit mihi*. Sæpius porro monuimus per vocis clamorem non tam externum intelligi, quam internum. Idipsum notant loco Hilarius, Augustinus, Chrysostomus, Euthymius, & alii. Nec Dbvid in spelunca loqui poterat, ait Euthymius post Theodoretum, nec clamare, ne cognitus scilicet statim comprehenderetur, & periret. Restat igitur, ut per vocem & clamorem, intensum cordis affectum intelligamus, ipsaque mente missas preces. In repetitione vocabuli *vocis*, observat Chrysostomus animi alacritatem & intensam mentem. Præterea quum dicitur *mea*, oportere vocem esse ipsiusmet, qui orat: quia non omnes voce clamant, nec ad Deum, nec propria; nam qui clamat adversus inimicos, non edit vocem hominis, sed ferę & serpentis: qui est negligens, & non audit, quæ dicit, non clamat ad Deum sed nequicquam ac temere loquitur: qui mentem non excitat, etsi valde vociferatur, hic rursus non clamat. Hilarius advertit hic egregie verborum ordinem dispositum; ut primum voce clametur; quoniam omnis fidelis viri etiam tacita est spiritalis expectatio, Deo clamor est: deinde ut voce oretur, idest, desideriis, & fidei petitio verbis vocis efferatur, secundum illud Apostoli *m psallam spiritu; psallam & voce*. Totidem alia duo in sequenti versu deprehendit. Augustinus consideras, quod multi clamant ad Dominum non voce sua, sed voce corporis sui, homo autem interior, in quo cœperit habitare Christus per fidem, voce sua, non strepitu labiorum, sed in affectu cordis clamat ad Dominum. Non ibi homo audit, ibi, inquit, Deus audit: quia nisi voce pulmonum & laterum, & linguæ clames, homo te non audit: cogitatio vero tua clamor est ad Dominum. Postremo ait clamarem ad Dominum esse debere, quo quis deprecatur eum, non convicium, non murmur, non blasphemiam: quæ proferunt etiam quidam clamantes ad Dominum. Qui clamat audiri vult, non audire, sic orans attente non admittit alienum ullum strepitum, id curans unum, ut exaudiatur à Deo. Quando stamus ad orationem, invigilare & incumbere ad preces toto corde nos oportere scribit Cyprianus *n*, & efficere ut cogitatio carnalis hominis & sæcularis abscedat; nec quicquam tunc animus aliud, quam id solum cogitet, quod precatur: item ut claudatur contra adversarium pectus, & soli Deo pateat: nec ad se hostem Dei, tempore orationis venire patiatur. Accusat pie seipsum Augustinus o hac in re deliquisse. In prioris autem psalmi commentario ad compescendam superbiam nostram, docet, quamvis videamur in cæteris non peccare: cogitationes nostras aliquando inclinari, & auferre se plerumque in oratione genibus fixis: corpus non prosternere, collum curvare, confiteri peccata, Deum adorare, volitare tamen animum, fixam non stare conscientiam in eum, quem adorat: cogitationibus plerumque tamquam æstu maris, abiri, & tempestate tolli in aliud atque aliud. Subdit mox acrem reprehensionem. Modo si mecum loquereris, & subito averteres te ad servum, & dimitteres me, non dico à quo aliquid petebas, sed cum quo ex æquo loquebaris, noh mihi injuriam factam deputarem. Ecce quid facis quotidie Deo. Inter eximia gratiæ munera, quibus Beatum Ludovicum Gonzagā nostrum dignatus est Deus, illud miror præcipue, maximique facio, quod nullas in oratione patiebatur mentis distractiones; rantam vero se difficultatem experiri simpliciter candideq: tastabatur in distrahenda mente à Deo, quantam fatebantur alii sentire, ut cum coercerent ne distraheretur, ita ut si quando dedita opera mens non nihil alienanda esset, vim sibi afferre cogeretur, quæ corpus ipsum majore damno afficeret, quam jugis & intenta meditatio *p*.

Voce mea ad Dominum clamavi.) Hieronymus in futuro, *clamabo*, quod valet יִקְרָא ezabboK: quamvis alii exponant per imperfectum, *clamabam*, aut per præsens, *clamo*. Atqui loquitur Prophęta de re præterita, ut ex contextu liquet. Chaldæice *coram Domino* Pleonasmum notat Cassiodorus; quemadmodum, inquit, dicere solemus, manibus meis feci, auribus meis audivi, & similia. Emphasin tamen habet hæc expressio, ut sæpe vidimus: eamque hic aliis notatam paullo ante monuimus. Verbum Hebræum putant aliqui denotare clamorem cum animi angustia, quadamve compressione. Græcum ἐβόησα. innuit etiam afflictionem, quę veluti concitando expromatur. Sunt nonnulli, ait Rickelius, qui negligunt propria voce clamare ad Dominum, sed aliis dicunt, ora pro me.

Voce mea ad Dominum deprecatus sum.) Petitionem misericordiæ innuit תְּחִנָּתִי ethchannas, indigentiæ miseriā deflens. Distinguit hoc loco Bonaventura cum Paulo *q*, quatuor orandi modos, per obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, quum quis, inquit, primum non audiens loqui Deo, interponit aliquam personam, aut aliquid aliud: deinde, quando auder loqui, & petit pertinentia ad salutem: postea, quando quis confitens, audet de meritis à Deo petere præmium temporale vel æternum: ad quartum modum paucos admitti, ut scilicet Deus aliquem exaudiat, antequam invocetur, ut accidit in resurrectione Lazari, ubi Christus est exauditus & tamen non oravit, sed gratias egit *r*. De eadem distinctione alii aliter, & nos alibi.

p Virg. Lepar. in vit. p. 2. c. 3. & p. 3. cap. 2

q Tbil. 4. 6 2. Tim. 2. 1

Quatuor orandi modi.

r Joan. 11. 42

Vers. 3.